

suis manibus habet causam illam cognoscere, & diffinire. Ita etiam tradit Capol. in l. si quis sic, n. 5. ff. de verb. sign. quod notarius iustus sua manu scribere non potest id manu altera exequi. Ita quoque dicimus, quando his verbis committitur negocium per se ipsum cognoscas. Dicitur enim & his verbis electa personæ industria, quo circa, delegatus à principe etiam alteri subdelegare non potest, sicuti tradunt Io. Baptista à S. Severino in l. more, numer. 15. ff. de iurisd. omn. iud. Iaf. in l. 2. num. 29. ff. de offic. cui mand. est iurisd. & in l. a iudice, col. pen. vers. sexto limita, C. de iud. Fel. in c. vlt. col. 2. de off. delegat. & Vantius in tract. de nullit. tit. de nullitate sententiæ ex defectu iurisd. delegatæ, num. 21. Quorum quidem sententia probari satis manifestè videtur in d. cap. vlt. §. is autem, ff. de offic. deleg. & in eodem dilecta, §. dictum, de referip. Et respondit Bal. in consil. 123. Reverendissimus patet, in si lib. 5. quod iustus à testatore aliquid per se ipsum facere, non potest alteri committere, sic & Alciat. in l. 1. §. eadem, nu. 3. de verb. oblig. docuit, non esse locum consilio sapientis iuxta statuti dispositionem, quando princeps commisit causam delegatæ, ut per se cognosceret, & iudicaret. Et Alciatum secutus est Asinius in praxi iudiciorum, §. 25. cap. 18. Est idem quando fuit dictum, tu & nullus alter cognoscat, agat. Nam & his verbis præsumitur electa illius industria. Ita Alex. in l. 1. num. 12. ff. de offic. eius, & c. in l. more, num. 22. ff. de iurisd. omn. iud. Iaf. in l. a iudice, col. vlt. vers. septimo limita, C. de iudic. ex sententia Benedicti de Plumbino in l. Imperator, ff. de fidei. libe. & Fel. in c. vlt. col. 4. vers. secundus modus, de offic. deleg. Et horum traditio probatur l. 1. §. de his, ff. de separat. ibi, Prætoris vel præfidiis notio erit, & nullius alterius. Præsumi quoque electam personæ industriam his verbis. tu per cognoscas, scripserunt Bald. in c. vlt. de off. deleg. Crot. in consil. 126. numer. 19. lib. 1. Rimin. Sen. in l. more, num. 17. ff. de iurisd. omn. iudic. Barbat. inter consilia Curt. Sen. in consil. 67. col. 19. Iaf. in l. 1. num. 31. & 34. & ibid. Purpur. nu. 501. ff. de offic. eius. Gram. consil. 64. num. 5. in criminalib. & voto 3. nu. 39. Vant. in tract. de nullit. tit. de nullitate sententiæ ex defectu iurisd. delegatæ, num. 21. in fine. Ea sola ducti ratione, quod geminatio horum verborum multum operatur, iuxta l. Balista, ff. ad Treb. Ceterum ab hac opinione dissentiant Barbat. in c. vlt. de off. deleg. Iaf. in l. a iudice, col. vlt. vers. nono limita, C. de iudic. & Paulus Orianus in l. 1. nu. 52. ff. de offic. eius, & c. ex illimātes, tunc demum geminata verba effectum aliquem parere, cum ex intervallo fuerunt prolata, si convenierit, la 1. ff. de pignor. act. & similia per multa congerunt Iaf. in l. si certis annis, nu. 5. C. de pact. & Dec. in l. vnic. nu. 7. C. de errore calculi. Verum facile responderetur ex declaratione Decij, in l. si certis annis, num. 4. C. de pact. quod ubi agitur de sola propriæ voluntatis declaratione, sufficiunt verba geminatè prolata, nullo adhibito temporis intervallo, ita loquitur d. l. Balista, ff. ad S. C. Treb. Cui verò agitur de præiudicio tertij, ut in casu d. l. si convenierit, tunc temporis intervallo requiritur. Ita pariter declarat Decius in l. legem, num. 15. C. de pact. Est quoque idem cum mandatum est, ut ipse per se personaliter cognoscat. Nam & tunc præsumitur, atque censetur electa industria personæ, ita Rim. Sen. in l. more, num. 17. ff. de iurisd. omn. iud. & Iaf. in l. quod quis, num. 3. vers. septimo fallit, C. de procur. ex text. clem. 1. de vita & honest. cler. & idem significare videtur tex. in c. vlt. §. is autem, ff. de off. deleg. Quocirca scripsit Bal. in l. vnic. §. nec autem, nu. 6. C. de cad. tollen. quod iustus visitare personaliter aliquem locum, non potest per alium id facere. Idem docuit Capella in l. si quis sic, in fin. ff. de verb. signific. Ronchegallus in l. nemo est, qui nesciat, nu. 23. de duobus reis. Est idem quando fuit commissum, ut proprio iudicio cognoscat & diffiniat. ita Rim. Sen.

in d. l. more, num. 17. arg. l. penult. ff. de test. Idem quoque est, cum onerata fuit propria conscientia illius, cui commissum est negocium. Ita Alex. in l. more, nu. 23. & ibidem Rim. Sen. nu. 17. & prius Ioan. Baptista à S. Severino, num. 12. ff. de iurisd. omn. iud. Fel. in c. vlt. col. 2. vers. utrum per ista. de off. deleg. Iaf. in l. 1. num. 29. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. & ibid. Paul. Orian. num. 46. & Purpur. nu. 503. & Vantius in tract. de nullitate sententiæ ex defectu iurisdictionis delegatæ, num. 21. Andreas Gaillius lib. 1. Prædic. Observat. obs. 97. nu. 5. Dissentiunt tamen & malè, ab hac traditione Ang. in auth. ad hæc C. de iud. & Castr. in l. a iudice, eod. tit. idem est, quando in delegationis rescripto inserta est clausula, quæ solet communiter inseri. committimus tibi causam talem, de tua prudentia plenè confidentes. Hoc etiam casu præsumitur electa industria delegati. Ita Gaillius in d. obs. 97. num. 6.

Declaratur prædicta, ut non procedant, quando committitur partium permittitur subdelegatio. Capella in d. l. si quis sic, in fin. ff. de verb. signific. Dec. in l. 1. in 2. notab. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. adducti ex tex. c. vlt. §. is autem, ff. de offic. deleg. Id quod intellige, quando negotium pender ab ipsarum partium voluntate, alia plura, quando præsumatur electa industria personæ, explicabimus infra lib. 6. præsumpt. 92.

In ius vocationem, quam citationem nostri appellant iure non presumi, explicatum.

S V M M A R I V M.

- 1 Citatio in ius, cum sit quid facti, non presumitur.
- 2 Citatus presumitur, qui in iudicio præsens est.
- 3 Citatio emissa & facta presumitur ob diuturnitatem temporis.
- 4 Citatus presumitur, qui ex longinqua regione in iudicium venit.

P R A S V M P T. XXII.

Iudicantis potestas, & iurisdictione exerceri solet, primum per in ius vocationem, de ea igitur præsumptione, quæ circa ipsam in ius vocationem, quæ citationem appellare solemus, hoc congruo in loco agendum est. Dicimus tamen itaque illam non presumi cum sit quid facti, iuxta l. in bello, §. facte, ff. de capt. & postlim. reuerfi & scribunt Doct. quos infra recensebo. Et fortius procedit hæc præsumptio, quando ex ipsa actorum inspectio non apparet de aliqua citatione, ita respondit Soc. Sen. in consil. 158. nu. 11. lib. 1. & in consil. 46. nu. 39. lib. 5. & alios recensebimus infra in præsumpt. 50. ubi explicabimus, quando præsumatur pro sententia iudicis, quo ad acta, & processum.

Declaratur primò hæc præsumptio, ut non procedat quando is, qui citari debuit, reperitur præsens in iudicio. Nā tunc citatus is presumitur. c. bonæ, il. 2. de elect. & in specie tradunt Spec. in tit. de reo, num. 15. & Lucas de Penna in l. 3. col. 5. vers. quadragesimo presumitur, C. de apochis publ. lib. 10. qui eiusdem opinionis recenset Iferniam in cõstit. de exordio & præparat. alios plures recenset Vant. in tract. de nullit. in tit. de nullit. sent. ex defectu citationis, num. 17. & conferunt ea, quæ dicimus infra in præsumpt. 56. quando dominus præsumatur citatus ad audiendum sententiam.

Declaratur secundò, ut non procedat ob temporis diuturnitatem. Nam & tunc citatio si emissa, factaq. præsumitur. Ita declarant Barbat. in c. requisitij, num. 29. in fin. de test. Ruin. in consil. 66. nu. 5. lib. 5. & Grat. in consil. 91. num. 47. lib. 1. ex dict. c. bonæ, il. 2. de elect. & eiusdem sententiæ alios recenset præcitato loco Gratus, & nos vberius comprobabimus infra in prædicta præsumpti. Et hoc maxime procedit, quando in ipsis actis fuit enun-

- enuntiata. Ita Socin. Sen. in consil. 168. col. 5. vers. sed tamen præmissis, lib. 2. & simile ex Decio in consil. 42. num. 14. dicemus infra in præsumpt. 56. ubi an præsumatur sententia lata citato domino.
- 4 Declaratur tertio non habere locum, quando per ex remota regione venit ad locum iudicij. Nam tunc præsumitur citatus. Ita Dec. in consil. 42. num. 14. post Butr. in c. 1. de iudicij. idem scripsit Vantius in tract. de nullitate, in tit. de nullitate ex defectu citationis, num. 16. qui alios recenset.

Citationem præsumi factam ad partis instantiam diligentem disputatione demonstratur.

S V M M A R I V M.

- 1 Citatio ad partis petitionem facta præsumitur, & contrariarefertur opinio, num. 10.
- 2 Solemnitas extrinseca non presumitur.
- 3 Solemnitas extrinseca quæ dicatur.
- 4 Actus ab eo factus presumitur, qui impensam facere tenetur.
- 5 Minima considerantur etiam in his, quæ à iure communi permessa sunt, secus si speciali.
- 6 Iudex ad priuatam utilitatem non tenetur impartiri officium suum, nisi petenti.
- 7 Actus presumitur factus ad instantiam illius, ad cuius favorem & utilitatem refertur.
- 8 Petitio partis in citatione est de solemnitate extrinseca.
- 9 Citatio quas partes contineat.
- 10 Ordo iudicij observatus non presumitur, nisi probetur.
- 11 Mandatum, & commissionem iudicis non presumi nuncio facta, an verum sit.
- 12 Citatio partis ad petitionem facta presumitur in causis summarijs, & levis præiudicij, maxime temporis diuturnitate, accedente, num. 14.
- 13 Solemnitas etiam extrinseca ob temporis diuturnitatem presumitur.

P R A S V M P T. XXIII.

Dubitari interdum solet, quando iam citatio facta reperitur, an præsumatur ad partis instantiam, atque requisitionem facta? Et verè dicimus esse receptam opinionem, præsumi per factam parte ita petente, & requirete. Ita sanè scribit Abbas in cap. 1. de iudic. ubi Ripa nu. 20. asserit, hanc esse communem opinionem. Idem Ripa l. 4. §. hoc autem iudicium, num. 98. de damno infecto. Et illis accedunt Francus in cap. comparati, col. 3. vers. tertio queritur, de appellat. Fel. in c. sicur, nu. 15. in fine de re iud. Capic. decil. 4. nu. 20. Berous q. 37. in fi. & Soc. Iun. in consil. 97. num. 14. lib. 2. Extant tamen multa argumenta, quæ adferri pro hac traditione solent, non parum dubia, ut illud primum quo dicitur, quod petitio partis est necessaria, ut citatio concedatur à iudice. Ergo illa presumitur intervenisse, l. sciendum, ff. de verbor. oblig. Est dubia hæc argumentatio, ut animadvertit Dec. in d. c. in 3. notab. de iud. Quandoquidem requisitio illa partis, dicitur esse de solemnitate extrinseca, quæ non presumitur. l. quæcunque, §. vlt. ff. de publican. in rem actio. Citationem esse solemnitatis extrinsecæ, vel ex eo suaderi videtur, quod intrinseca solemnitas illa est, quæ vnà simul cum actu, dum est in fieri, concurrat, sicuti de stipulatione, quæ causatur ex interrogatione & responsione facta incontinenti, tradunt omnes in l. sciendum, ff. de verb. oblig. Cum ergo in citatione partis requisitio necessaria non concurrat, dum est in fieri, cum possit iudex ex suo officio illam concedere, sequitur requisitionem non esse de solemnitate intrinsecæ, sed potius extrinsecæ.

Secundò itaq. loco adfertur argumentum hoc, quod

actus per ab eo factus præsumitur, qui impensam facere tenetur, l. vlt. C. de alim. pup. præst. de qua dicemus infra. Atqui ille, qui vult aduersarium suum in ius vocari, impensam vocationis facere debet, l. 2. C. de sportu. & c. finem litibus, de dolo, & cõtum. Ergo citatio præsumitur facta eo instante, qui impensam facere tenetur. Hęc videtur satis solida argumentatio, cui non obstat consideratio Decij in d. cap. 1. in 3. notab. de iudicij. cum dixit, impensam, quæ fit pro his citationibus, esse tenuem, & ob id non esse considerabilem, iuxta l. scio, ff. de in integrum rest. & l. proprietarius, in fine, ff. de damn. infecto. Nam præter Ripæ replicationem dici potest, quod in his quæ sunt à iure communi permessa, ut hoc nostro casu, ea, quæ minima sunt, considerantur, secus quæ sunt permessa à iure speciali sicuti in casu dict. l. scio, quam ita ibi declaravit Bart. quem secuti sunt Curt. Iun. in auth. præterea, nu. 8. C. vnde vir. & vxor. Iaf. in auth. qui rem. num. 16. C. de sacrosanct. eccles. & ibidem in specie Dec. nu. 20. idem Dec. in l. cum proponas, nu. 5. C. de pactis, & Brun. in consil. 48. num. 5.

Ceterum alia ratione debilis videtur secunda hæc argumentatio. Nam facile negari potest, quod actus præsumatur factus ab eo, qui tenetur facere impensam, sicut contrarium probat l. excellentij, in verbo flagitantibus. C. de erogat. militar. anno. lib. 12. quo responso adductus Bart. in l. qui sub conditione rationum, in fine de cond. & demonstr. censuit, non sufficere, si quis dicit, se impensam fecisse, nisi verè probet impendisse. Et eo loci annotavit Imola, quod aut præter impensam alia concurrunt coniecturæ, & tunc impensa præsumitur ab eo facta, qui eam facere tenebatur, ut in casu d. l. vlt. C. de alim. pupill. præstand. ubi erat præsumptio, quod tutor de proprio expendisset in alendis pupillis, non ex eo solo orta est illa præsumptio, quod tutor teneretur facere impensam, sed quia pupilli illi non habebant unde se alerent. Quæ de re vberius suo loco dicemus.

Tertio adducitur hæc ratio à Berou in d. c. 1. num. 5. vers. sed præmissis, de iudic. quod ex quo reperitur facta citatio ad priuatam utilitatem ipsius partis, sequitur intelligi debere factam ad ipsius partis instantiam, cum iudex ad per priuatam utilitatem non teneatur impartiri officium, nisi petenti, l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de dano infecto. Verum facile responderetur, fieri posse quod ex suo officio iudex concesserit citationem, ut ipse de causa cognosceret, & eam diffiniret, cum possit iudex etiam parte non petente id facere, ut aliqui scribunt in d. §. hoc autem iudicium, & in l. ad peremptorium, ff. de iudic.

Quartò mouetur Berous in d. c. 1. nu. 53. de iud. quod actus præsumitur factus de voluntate, & ad instantiam illius, ad cuius favorem & utilitatem versatur, c. constitutus, ubi Abb. de testibus, & tradit Bar. in l. de pupillo, §. si quis ipsi prætori, nu. 19. ff. de oper. noui nunc. Ergo hæc citatio, quæ partis utilitatem respicit, præsumitur facta ad eius instantiam. Ceterum responderi potest, Bart. & ceteros non loqui in his terminis, sed solum ait ille, quod factum à seruo præsumitur factum ex consensu domini, qui cum potuit prohibere, & non prohibuit, dicitur consensisse, sicuti etiam probat text. clem. ne in agro, §. porto, in verbo, familiaribus de statu monach. & in cap. cum ad sedem, de rest. spol. & egregiè tradunt Roman. in consil. 68. col. 1. & in consil. 152. col. vlt. vers. 1. quia. Alex. in consil. 69. nu. 5. lib. 2. Ruin. in consil. 47. nu. 12. lib. 2. & scripsi in tract. de recuper. possess. remed. 1. num. 58.

Quintò mouetur Berous in d. c. 1. nu. 53. ex cap. quoniam contra, de probat. quo loci Pontifex Max. velle videtur sufficere, quod simpliciter apud acta scriptum sit citationem fuisse factam absque eo quod appareat, ad cuius petitionem fuerit facta, quod si fuisset necessarium facile Pontifici fuisset exprimere. Verù facile possimus

mus dicere, nil ad rem conferre cum solum mandet Pō-
tiffex, acta omnia iudiciaria in scriptis redigi sicuti cita-
tiones, litis contestationes, & similia. Nec ibi statuit
quomodo acta illa fieri debeant, sed præsupponit, quod
facta sint solēniter, & vt à iure requiritur. Et propterea
solum constituit illa debere in scriptis redigi, & in actis
reponi.

Sextò mouetur Berous in d.c.1. nu. 53. vers. 5. citatio
8 de iud. eo argumento, petitionē ¶ partis in citatione ef-
se de solemnitate intrinseca. Nam extrinseca solemnitas
(ait ille) est, quæ ab actu conficitur, est separata sicuti
sunt solemnitates illæ, quæ adhibentur alienationibus
rerum ecclesiæ, vel minoris, ita Bart. in l. quæcunque, §.
vt. ff. de publicia. in rem actio. & l. in leg. sciendum, n.
1. r. ff. de verbo. oblig. post Alber. quem recenset, scripsit,
solemnitatem extrinsecam esse quid facti separati ab eo
cui adhibetur, vnde ex vno nõ infertur ad aliud, & vno
posito, aliud non sequitur. Solemnitas verò intrinseca
est (ait Berous) quæ respicit personam contrahentē vel
actum celebrantem. Et dicitur pars integralis actus, in
quo adesse debet, & ab eo non potest separari, & dicitur
intrinseca, hoc est, quasi summarijs, & leuis præiudicij.
& responsio in stipulatione. Et secundum Alberic. in d.
l. sciendum. solemnitas intrinseca dicitur quid adharēs
facto, vnde posito facto, ponitur solemnitas. Cum itaq;
inquit Berous) citatio deducitur in esse ad sui perfe-
ctionem, quatuor requirit, partis petitionem, iudicis cõ-
missionem, nunciij executionem, & eiusdem relationem.
Ita probat Clem. 2. vt lite penden. si ergo ad citationis
perfectionem hæc requiruntur, cum reperitur facta ci-
tatio, intelligimus esse factam ad partis petitionē, alio-
qui citatio non diceretur. Ceterum responderi facile po-
9 tell, citationem tres tantum ¶ partes continere, iudicis
commissionem, nunciij executionem, & relationem. Si-
cuti scribunt Card. in c. vlt. & Fel. in c. gratum, nu. 5. de
off. deleg. Et cum citatio sit actus iurisdictionis, partis
petitio nil ei tribuit. Et præterea citatio (vt sapius dixi)
fieri potest ex officio iudicis.

Septimò, & vltimò hæc sententia, quæ veram esse opi-
nionem, sic probari potest, citatio fit aut parte ipsa petente,
aut ex officio iudicis, & sua commissione, aut ipso solo
nuncio. Quod facta fuerit citatio à solo ipso nuncio, non
est præsumendum, tum quia de aliquo eius commodo
non agitur, tum quia nunciij fides approbata est, non et
præsumitur facta citatio solo iudicis officio, cum iudex
in his, quæ principaliter respiciunt priuatam vt litatem
officium suum non exerceat, nisi aliquo petente. Ita om-
nes in d. l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de damno infecto,
vbi Ripa num. 39. Est ergo necesse dicere, quod citatio
hæc dicatur facta ad instantiam, & requisitionem par-
10 tis. Contrariam opinionem ¶ itaque probarunt Rom. &
Dec. quos commemorat Ripa in d. c. 1. nu. 20. de iud.
& idem visus est sentire Ruin. in conf. 32. nu. 1. lib. 4.

Primò eo argumento moti sunt, quod solemnitas ex-
trinseca non præsumitur, l. quæcunque, §. vt. ff. de publ.
in rem actio. Atqui partis petitio in citatione est solemn-
nitatis extrinsece. Ergo hæc petitio non præsumitur. Ve-
rum facile responderi potest, huius argumenti propo-
sitionem minorem à Decio, & sequacibus non probari.
Negari enim potest quod sit extrinseca solemnitas, si-
cuti ex dictis supra colligi potest.

Secundò mouetur Dec. quia sic videmus in sententia
proferenda necessarium esse iudicij ordinem, l. prolata.
C. de sent. & interloc. omn. iud. Et tamen non præsumi-
tur ordo ¶ obseruatus, nisi manifeste constet. Ita mul-
11 turis alijs in casibus idem dicimus secundum Dec. ipsum.
Ergo idem hoc nostro in casu, in quo et si necessaria sit
partis petitio, non tamen præsumitur intercessisse. Cete-
rum responderetur, illa procedere suis in causis, ex quo ce-
lebrantur ex intervallo, non autem in vno eodemq; in-

stanti, sicuti citatio, quæ conficitur parte petente, iudi-
ce concedente, & nuncio exequente.

Tertiò argumentatur Bero. in d. c. 1. nu. 49. Si verum
esset, citationē præsumi factam ad partis requisitionem,
& instantiam, esset quoque præsumendum esse factam
mandato iudicis, ex quo illud ad esse citationis requiri-
12 tur. Atqui falsum est iudicis mandatum ¶ & commissio-
nem præsumi, vt tradunt scribentes in cap. gratum, de
off. deleg. & in c. cum dilecti, de dolo & contum. Alex. in
l. sciendum, col. vt. ff. de verbor. oblig. & Ruin. in consil.
102. nu. 8. lib. 5. Ergo falsum erit partis petitionem re-
quiri. Verum præter responsiones perpensas à Bero. in
d. c. num. 54. responderi potest distinguendo mandatum
extra iudiciale, quod fieri solet à domino procuratori
suo, à mandato seu commissione quam suo nuntio face-
re consuevit iudex. Illud sanè mandatum procuratori
factum non præsumitur, vt scribunt omnes in l. sciendū,
vbi l. au. 19. ff. de verb. oblig. vt explicabimus infra in
præsump. 19. At mandatum, seu commissio iudicis nun-
tio facta præsumitur, vt infra dicemus. Hanc differen-
tiam in specie notauit Ruin. in conf. 66. nu. 6. lib. 5.

Hæc recepta, & à nobis probata sententia multò mag-
gis procedit in ¶ causis summarijs, & leuis præiudicij.
Nam in his præsumitur facta citatio ad partis requisitio-
nem. Ita Dec. in d. c. 1. in 2. l. et. nu. 8. in fi. de iud. post
Abbat. & alios in c. Albericus, de testib. & præterea, pro-
14 cedit hæc sententia multò magis ¶ quando concurrit
temporis diuturnitas. Ita docuit Ripa in d. c. 1. nu. 10.
in fine, de iudic. post omnes in d. c. Albericus, de testib.
15 cum dicant solemnitatem ¶ etiam extrinsecam præsumi
ob temporis diuturnitatem. Et communem esse opinio-
nem asseruit Io. Crocius in l. sciendum, nu. 21. Qua de
re suo loco dicemus. Hanc doctrinam declarat Ruin.
in conf. 32. col. 1. lib. 4. non procedere, quando non con-
stat nuncium citasse ex mandato iudicis. Nam tunc nul-
lo modo (ait ille) præsumitur partis petitio. Verum exi-
stimo dubiam esse Ruini declarationem, cum præsuma-
tur regulariter commissio iudicis, quando apparet cita-
tionem à publico nuncio fuisse factam, sicut infra dicemus.

Citatio facta, an præsumatur commissione, & manda-
to magistratus, vel iudicis.

S V M M A R I V M.

- 1 Citationem verbalem, vel personalem, iudicis commissione fa-
ctam non præsumi, & quæ causa sit, nu. 2.
- 3 Commissionem iudicis non esse quid connexum cum ipsa cita-
tione.
- 4 Commissionem iudicis in citatione, non esse leuis solemnitatis,
sed tantam, vt sine ea citatio stare nequeat.
- 5 Commissio, & mandatum iudicis in citatione verbali, quæ cause
cognitionem desiderat, non præsumitur. Idque verum est, etsi
notarius in relatione nunciij enunciaisset, eam commissione iu-
dicis factam esse, nu. 6. Vel appareat etiam de commissione
iudicis generali, nu. 7. Neque nuncio attestanti in relatione,
iudicis de commissione citasse creditur, nu. 8.
- 9 Commissio & mandatum iudicis in citatione præsumitur, si mo-
dici est præiudicij, & nuntius est bona fama.
- 10 Commissiones iudicium si de consuetudine & stylo curiæ non
scribantur in actis, præsumitur iudicis commissio. Idem si cõ-
suetudo sit, vt nunciij citationes faciant sine iudicium com-
missionibus, nu. 11.
- 12 Citationem sua commissione factam declarat iudex ad vltiora
procedendo.
- 13 Citatio comparentis & nil opponente, citatio commissione iudi-
cis facta præsumitur.
- 14 Comparitio spontanea purgat omne vitium.
- 15 Citatio ob temporis diuturnitatem, mandato iudicis facta præ-
sumitur.

Citatio

6 Citatio realis, siue prehensio, & carceratio, quia magnam cau-
sa cognitionem requirit, non præsumit mandatum iudicis.

P R A E S V M P T. XXIV.

Diximus superiore casu citationem præsumi factam
parte ipsa requirente, & instante, nunc dicendum
est an præsumatur facta commissione, & mandato ma-
gistratus, vel iudicis? Quæ quidem in disputatione con-
sistendi sunt duo casus, sicuti duæ sunt præcipuæ cita-
tionum species.

Primus est casus cū agitur de sola ipsa citatione ver-
bali, quam personalem appellant, vt cum quis in ius vo-
catur ad respondendum. Hoc sanè in casu sunt opinio-
nes. Illa tamen est vera, & recepta, hanc iudicis ¶ cõmis-
sionem non præsumi. Ita Bart. in l. 1. §. cura, nu. 2. ff. de
off. præf. & vrbis, & in l. 2. qui ad ciuilia, C. de appellat.
Abb. in cap. Albericus, de testib. Aret. in conf. 33. nu. 5.
vers. 4. præmitto, qui communem esse asseruit, Francus
in c. cum parati, de appell. Ruin. in conf. 15. nu. 8. lib. 4.
& in conf. 103. nu. 8. lib. 5. Ripa in c. 1. nu. 90. & ibidem
Bero. nu. 54. de iud. & communè etiam attestatur Alc.
in tract. de præsump. reg. 3. præf. 14. nu. 4. vers. sed nun-
quid. Quæ quidem sententia ea solida ratione, cæteris
prætermittis, folebitur, quod commissio hæc vel manda-
tum, ¶ est extrinseca solemnitas quæ non præsumitur.
l. quæcūque, §. vt. ff. de publ. in rem acti. & suo loco co-
piose d. steremus. Ceterum ab hac sententiâ dissentiunt, & ma-
le, Guido de Suzar. in l. ad perceptorium, ff. de iud. l. mol. in
l. si finit, §. si plures, ff. de damno infecto, & in c. 1. de iud.
Tætedus in materia citationis, q. 10. quosita cõmemo-
rat, & sequitur Alc. in d. tract. de præsum. reg. 3. præsum.
14. nu. 5. vers. contrarium tenuit, qui recenset Io. Andr.
& Abb. in c. quoniam contra, de probat. affirmantes cõ-
suetudinem approbasse hanc opinionem. Eandem viti
sunt probare Bal. in l. si quando, q. 13. nu. 12. C. de testi-
bus, Alex. in conf. 123. nu. 3. lib. 2. & Ruin. in conf. 66. n.
6. lib. 5. Et ij quidē ea prima ratione moti sunt, quod cõ-
missio ista dicitur de connexis citationis, & propterea
debet credi nuncio, sicuti adhibetur fides cum dicit, se
citasse, c. cum parati, de appell. Verum facile responde-
dū, quod nec lege nec ratione probatur, ¶ commissione
hæc esse quid connexum cum ipsa citatione, cum aliud
fit committere, & mandare, qui actus iudicis est, aliud
in ius vocare, qui est actus nunciij, & fieri potest quod ci-
tatus quis sit, & tamen iudice non mandante factum id
fuerit. Et argumentum hoc Doctorum posset procedere
præsupposita citatione valida, & legitima, de qua quidē
nos disputamus. Secundò adfertur ratio, quia nisi præ-
sumeretur hæc commissio iudicis, sequeretur, quod nū-
cius falsum committeret, citando scilicet sub falsa iudi-
cis auctoritate, & nomine, l. qui nomine, ff. ad leg. Corn.
de fal. Rom. in conf. 303. Hodie fuit. Id quod præsumē-
dum est, l. merito, ff. pro soc. Cæterum facile responde-
tur, nuncium posse excusari, quia potuit iuste credere,
quod posset citare sine iudicis commissione, tum quod
se ob officium quod gerit, id posse sine iudicis mandato
credat, quæ sanè causa, & si minus iusta sint, attamen
excusant, ligitur, §. potest, ff. de liber. causa. & vberimè
differui in commentarijs de recuperanda poss. remedio
5. nu. 49. Tertiò solet considerari, quod commissio hæc
est leuis præiudicij, & ponderis, ex quo nõ requirit cau-
sæ cognitionem. Ergo credi debet nuncio eam fuisse fa-
ctam à iudice, argum. l. magis puto, §. ne tamen, ff. de re-
bus eorum, gl. in cap. ea noscitur, de his que sunt à ma-
14 ior. parte cap. Sed facile responderetur, quod imò ¶ leuis
solemnitatis non est, sed magna, cum commissio ipsa sit,
quæ efficacem reddit ipsam citationem, & sine qua illa
stare non potest. Non est itaque à recepta illa opinione
recedendum.

Extenditur primò hic casus, & opinio vt locum ha-
beat multò magis in ea citatione verbali, quæ requirit
5 causa cognitionem, nam tunc ¶ non præsumitur cõmis-
sio, & mandatum iudicis, ita Bald. in l. si quando, quæst.
12. num. 12. C. de testibus, & conferunt, quæ dicemus in
subsequenti casu.

Extenditur secundò, vt procedat etiam quando no-
tarius in ipsa relatione nunciij enunciaisset, ¶ citationem
factam fuisse commissione, & mandato iudicis. nam ad-
huc non præsumitur hæc iudicis commissio. Ita respon-
dit Aret. in conf. 33. quem declarat, & secutus est Ripa
in cap. 1. nu. 90. vers. amplia primo, de iudic. & aliqua
statim dicemus.

Extenditur tertio, vt procedat ¶ etiam si apparet de
commissione iudicis in genere, sed non in specie, nam
adhuc specialis illa commissio non præsumitur. etiam si
notarius de ea attestaretur. Ita Aret. in conf. 33. & Ripa
in d. c. 1. nu. 90. vers. amplia, & secundo.

Extenditur quarto, vt procedat etiam si ipsemet nū-
cius ¶ in sua relatione attestatus fuisset se citasse cõmis-
sione, & mandato iudicis. Ita Ripa in d. c. 1. nu. 90. vers.
tertio amplia. ex sententiâ Spec. in tit. de citatio. §. sequi-
tur. vers. sed nunquid creditur. & Barr. in l. 1. §. cura, nu.
2. ff. de off. præf. vrbis.

Declaratur primò, vt non procedat, quando agitur
de modico præiudicio, & nuncius est bona fama, nam
tunc præsumitur, q. commissione & mandato iudicis ci-
tauerit. ita declarant Abb. in c. 1. de iudicij. & ibid. Ri-
pa num. 90. vers. limit. & idem Abb. in c. ea nos. de his
quæ fiunt à prælato.

Declaratur secundo vt non procedat, quando eo in lo-
co ¶ extat cõsuetudo, seu stylus curiæ, quod commissio-
nes iudicium non scribantur in actis. nam tunc præsumi-
tur ipsius iudicis commissio, ita ex sententiâ Innoc. in
c. cum parati, de appell. docuit Ripa in d. cap. 1. nu. 90.
vers. limita, & secundo. qui subiungit quod hodie parū
operatur hæc commissio, cum hæc commissiones ex con-
suetudine in actis non redigantur, vt attestantur Io. An-
dr. & Abb. in c. quoniam contra, de probat. Et in curia
Romana, ex stylo Rotæ, credi nuncio de commissione,
testatur Verallus in dec. 266. par. 2.

Declaratur tertio, vt non procedat, quando extat cõ-
11 suetudo, ¶ seu stylus curiæ, vt nunciij possint citationes
facere sine iudicium commissioneibus, & mādatis, vt ob-
seruari consuevit in Curijs Galliar, sicuti ita declarando
testatur Boer. in repet. l. consentaneum, num. 14. C. quo-
modo, & quando iudex, qui Baldum, & alios huius sen-
tentia commemorat.

Declaratur quarto, vt non procedat, quando iudex
12 ea citatione ¶ facta, ad vltiora processit, nã tunc satis
manifestè declarauit citationē illam ex sua commissione
factam fuisse. arg. l. a procedente. C. de dilat. ita in spe-
cie declarat Alc. in tract. de præsum. reg. 3. præsum. 14.
nu. 5. vers. præterea si facta, & c. Idem senserunt Rom. in
conf. 497. nu. 6. Ruin. conf. 66. nu. 6. lib. 5. & Ripa in c. 1.
nu. 90. vers. pro concordia, de iudicij, cū dixerunt præ-
sumi nuncium citasse mandato iudicis, quando lata fuit
sententia, & ab ea non fuit appellatum.

Declaratur quinto, vt non procedat, ¶ quādo citatus
comparuit, & nihil opposuit. nam tunc præsumitur cita-
tio facta mandato, & commissione iudicis, ita in specie
declarat Ale. in conf. 123. nu. 3. lib. 2. Ruin. in conf. 66. n.
5. lib. 5. Ripa in c. 1. nu. 90. vers. limita, & tertio, de iudi-
cij. & Alc. in tract. de præsum. reg. 3. præf. 14. n. 5. vers. &

14 in isto casu. Ea est ratio, quia spontanea comparitio ¶
purgat omne vitium, vt inquit gloss. in l. 1. ff. de ferijs.
quam probant omnes, vt copiose differit Tiraquell. in
tract. de retractatu consang. §. 9. gl. 2. nu. 18. & 20. Et il-
lis addo Felin. in c. illud, num. 8. de prescrip. & Curtium
Iun. in l. ad peremptorium, nu. 5. de iudicij.

Decla